



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agrippinae, 1684**

12. An Ordinarius opposit à exemptione cognoscat, an sibi iurisdictiono  
competat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

nam, nempe ut jurisdic. limitata inter certas personas, consensu partium extendi possit ad alias personas non subjectas l. 1. § 2. ff. de judic. l. si convenerit ff. de jurisdic. om. jud. Marant. de ord. jud. pari 4. dist. 12. num. 3. Nihilominus tamen placuit magis eorum jurisdic. prorogari non posse, atque ita a resto Gallia judicatum fertur 1730. Augusti nona, statque in hac sententia insignis pragmaticus Jo. Imbertius taliter sermone. Hi Exemptorum iudices cum ad certas causas certisque dentur personis, non eorum potest jurisdic. ad alias causas personasque prorogari, nec principis quidem interveniente rescripto. Ita ille *insti. l. 2. c. 6. in glo. verb. salua.* nec urget ratio loco dubitationis adducta, nam ea obtinet in iudice habente jurisdic. jure ordinario communi, secus vero, si jure aliquo speciali sicut delegato aut iudicibus Exemptorum relatum est. *Abb. c. excommunicatis n. 6. § 7. de offic. legati Marant. d. dist. 12. n. 4.*

2. Præterea ejusmodi iudices habent naturam delegatorum, quorum jurisdic. certum est prorogari non posse. *c. P. § G. ubi DD. de offic. deleg. Marant. ubi supra n. 14.*

3. quia territorium non habent, ideoque etiam si ordinarii essent, tamen delegatis in jure æquiparatur. *Bals. inter Dominum de alienatione feudi. Imber. inst. Forens. l. 1. c. 27. glo. 1.*

### Q U Æ S T I O XII.

An Ordinarius oppositâ Exemptione cognoscat, an sibi jurisdic. competat?

#### S U M M A R I U M.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Iudex regulariter cognoscit de sua jurisdic.ione. | jurisdic.ione in Vasallum.  |
| 2. 3. 4. Fallit si agatur de illius proprietate.     | 6. Ordinarius extrajudicialiter tantum se informat de Exemptione. |
| 5. Dominus non cognoscit an sibi competat.           | 7. Alioquin Exemptus poterit appellare.                           |

**T**Angenda etiam hæc Quæstio non infrequens, licet enim regulariter iudicibus sit cognoscere & decernere, utrum sibi jurisdic. competat. *l. 2. ubi DD. ff. si quis in jus vocat. non juri l. in prescriptione C. contra jus. Abb. Fel. § DD. ca. super litem de Rescript. in hac tamen Exemptionum materia singulare est ut ordinario de jurisdic.ione sua cognoscere non liceat, velut nominatim id deciderunt Abbas, Felinus & alii *cap. super literis n. 10. vers. quartus casus n. 24. vers. fallit. 4. de Rescript.* his verbis, quartus casus cum agitur non solum de nudo exercitio jurisdic.ionis, ut quia citatus dicit se Exemptum, & iudex negat, multa enim sunt commoda subiectionis, ideo iudex est suspectus in hac cognitione, &c. In eadem est sententia Innocentius quem reliqui sequuntur, *c. venerabili ubi Abb. n. 3. § 4. de consil. Item in ca. ex par-**

ex parte de verb. sig. Dominic. & DD. d. ca. super literis, & ca. cum persona de privil. in 6. ca. ad audientiam ubi glo. Abb. Franc. de appellat. Ang. d. l. 2. in 1. & 2. Ratio prima est, quia per Exemptionem agitur de totali fundamento jurisdictionis & proprietate illius, idque cum honore & commodo ordinarii, quo casu ordinarius cognoscere nequit, an sibi iurisdicatio competat. Fel. d. c. super literis n. 23. vers. fallit. 3. usque ad finem.

Ratio secunda, quia quando agitur non solum de nudo exercitio jurisdictionis, sed etiam de proprietate subiectionis, iudex cognoscere non potest. Fel. d. ca. super literis n. 24. Abb. d. cap. ad audientiam ubi glo. de appellat.

Ratio tertia à simili, quando enim excipitur, quod locus non est de iurisdictione citantis, tunc iudex cujus ea in re vertitur utilitas, cognoscere non potest. Butrio d. c. super literis. Fel. ibidem num. 27. Abb. Innocent. Angel. ubi supra. Porro valet in iure argumentum à locis ad personas. Praesertim in locis legalibus loco à loco ad personas.

Ratio quarta ab argumento Vasallorum ad exemptos, quod valere frequenter supra probavimus. Non enim cognoscere potest Dominus utrum sibi iurisdictione competat in Vasallum. vide Curium de feudis parte 7. quest. 7. n. 27. Nihil obstat cap. cum persona de privilegiis in 6. ubi glossa ordinaria in verbo ordinarius, ex diametro videtur huic conclusioni adversari. Quia teste Felino communis nostra conclusio est in contrarium n. d. c. super literis n. 24. vers. sed tenendo quod glo. cap. statuum §. 1. in verb. copia de rescri. pt. in 6. Innocent. ca. ex parte 1. de verb. sig. Abb. Butr. Dom. Ang. ubi supra. Nec enim ut vult pars sanior Doctorum in casu d. cap. cum persona, iudex ubi cognitionem usurpat ut iudex, sed ut extrajudicialiter tantum se informet. Abb. d. c. venerabili n. 3. & 4. & in cap. ad audientiam n. 8. & seq. de appellat. Fel. d. ca. super literis n. 24. Franc. d. ca. cum persona §. si autem n. 2. Hoc modo intelligendus est Angel. quod allegato privilegio Exemptionis is cognoscere debeat, non qui declinatur, sed qui tantquam superior adiri potest. Angel. d. l. 2. in 1. & 2. fall. ff. si quis in ius vocat. non iert, quod ipsum etiam doctè voluit Innocent. d. cap. ex parte n. 3. per tot.

Dum post longam huius articuli explicationem ita subnectit, utrum autem exemptus sit vel non, vel utrum privilegium sit verum vel falsum, vel aliquid aliud quod tangat principalem causam, de his cognoscere non debet, quia esset iudex in causa sua, quod esse non debet, ita ille. Unde fit dubia opinio Franci d. ca. cum persona & aliorum quorundam, putantium, quod cum iudex se non constituit partem principalem, sed si controvertatur tantum inter partes de illius iurisdictione, quod tunc de illa cognoscere & pronunciare possit. Etenim etiam eo in casu ut censet Innocentius, vigent quoque antedictae rationes, adeo quidem, quod judicialis istius indagatio remittenda sit ad superiorem, ut sequenti quaestioncula concludemus, aut si ulterius procedatur, ex parte Exempti veniat appellandum. Doctè Innocent. d. cap. venerabili ubi Abb. de censib. & d. cap. ex parte de verb. signif.

QVÆ